

prepositorum vitam nullo ligue gladio percussunt. etiam cum de imperfectione reprehendunt. Qui etsi quando ab infirmitate sese abstinere vix possunt ut extrema quedam atque exteriora prepositorum mala. sed tamen humiliter loquantur. quasi oram dauidis sceleriter incidunt. quod videlicet dum prelate dignitati saltim innoxie et latenter derogant quasi regis superpositi vestem sedant. Sed tamen ad semetipsos rediunt se vehementissime vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene illic et scriptum est. Post hec percussit dauid cor suum. eo quod abscessisset oram dauidis saul. Facta quippe prepositi oris gladio scienda non sunt etiam cum reprehendenda iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur. necesse est ut per afflictionem penitentiam cor prematur. quatinus ad seipsum redeat. et cum preposite potestati deliquerit eius contra se iudicium. a quo sibi prelata est perhorrescat. Nam cum in prepositis delinquimus. eius ordinationi qui eos nobis pretulit obuiamus. Unde moyses quoque cum contra se et aaron conqueri populum cognouisset ait. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum. sed contra dominum. **¶** Alii tamen amonendi sunt sui. atque alii domini.
A lii tamen amonendi sunt serui. atque alii domini. **¶** Cap. 29.
 domini. Serui. sicut in se semper humilitatem obsequii